Fragmentarium

surrectum. surrectrix. ipsa res surrectio. et surrectus. Notandum est quod in go desinencia
. r. ante cedente simul sunt a rego. composita in .xi. alia omnia in xi. ut ango anxi. pingo
pinxi. tingo tinxi. exceptis lego legi. frango fregi. impingo impegi. tango tetigi.
pungo pupugi et punxi. Item a lego composita mutantia primitivi significationem mutant
et preteritum. Intellego intellexi. Neglego neglexi.

Aurora. que pars orationis est? Nomen. Quale? proprium. tamen quando pro die ponitur
loco appellativi accipitur. quando enim deam significat proprium est. Cuius speciei est? diriva-
tive ab aura enim dicitur aurora. propter eam ipse ascensus solis. id est prima pars diei aurora dicitur.
in qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. Alii autem a splendore solis dictam
putant. Ponunt autem auram pro splendore. teste poeta. in .vi. per ramos aura refulsit. id est
splendor. Inde etiam aurum dicitur. et aurarii qui favoribus splendidos. hoc est claros faciunt.
Et aurige qui splendorem sibi agant. auri id est quasi favoribus populi. hoc est clamoribus;
Cuius est generis? Feminini. numeri singularis. figure simplicis. casus nominativi et
vocativi hic autem nominativi. Ablativus autem in a producta terminat. declinationis prime.
Quare? Quia omnia nomina masculina vel feminina vel communia tam greca quam latina
in a desinencia prime sunt declinationis. exceptis illis que nascuntur a masculinis in us
terminantibus genitivum que sunt hec. Una nulla ulla. sola tota. alia utra altera que ex his
componuntur. Similiter et quia composita. Siqua neque aliqua. Hec enim genitivum et dativum masculinum
servant suorum. Unde quidam non ad significationem sed ad declinationem attendentes pronomina
esse putaverunt;;

Reliquit. que pars orationis est? Verbum. Quale? [illegible] Cuius modi? Indicativi. Cuius
forme perfecte. coniugationis tercie correpte significationis active numeri singularis.
figure composite. temporis [illegible]. Ex quibus? Ex duobus integris. Re et liquit. Separatum tamen re. dici non
potest quod enim quedam volunt a retro vel rursus esse. quod si sit ex corrupto et integro invenitur
ea pars liquid enim perfectum est. Cuius temporis. preteriti. Quare liqui liquit facit preteritum. quamvis
habencia ante eo vel quo. Abiecta n. faciunt preteritum. ut linquo liqui. vinco vici.
Similiter ab eis composita devinco devici. convinco convici. relinquo reliqui. derelinquo dereliqui
et producunt in penultimam in preterito naturaliter. Declina verbum relinquo et cetera. Declina
etiam passivum. Indicativo relinquor relinqueris relinquitur. relinquebar. relictus sum
vel fui. relictus eram vel fueram. reliquar. Imperativo relinquere relinquatur. relinquamini
relinquimini relinquantur. Futuro relinquitor tu relinquitor ille. relinquimini relinquantur vel relinquuntor.
Optativo utinam relinquerer. essem vel fuissem. reliquar. Subiunctivo cum relinquar. relinquerer
cum sim vel fuerim. essem vel fuissem. ero vel fuero. Infinitivo relinqui. esse vel fuisse. iri.
Gerundia vel supina relinquendi relinquendo relinquendum. relictum relictu. partici-
pia presentis et [illegible] relinquens futuri ut relicturus. passiva preteriti relictus futuri relinquen-
dus. Nomen verbale relictor et relictrix. ipsa res relictio. Potest tamen et relictus
dici. secunde quarte declinationis. et hinc derivatur reliquus reliqua reliquum.
et reliquie quod [illegible] interposita l. relliquie. metrica causa proferunt. Est etiam
[illegible] ab eo [illegible] quod reliquit in officium suum quod peccat.

Aen. XII, 1. Turnus ut infractos adverso marte Latinos. Quot habet cesuras iste versus?
Unam semiquinariam. Quot figurarum est? Decem. Quare? Quia habet tres dactilos
et tres spondeos. Tracta singulos pedes. Turnus ut. dactilus et cetera. Quot partes
orationis habet iste versus? Septem. Turnus et cetera. Quot nomina? Quatuor. Turnus.
adverso. marte. Latinos. Quid alias? Unum participium. infractos. et unum
adverbium. ut. Turnus que pars orationis est? Nomen. Quale? proprium. Cuius
speciei? Denominativum est. Significat enim nomen proprium regis Rutulorum et appellativum
[illegible] [illegible] quod [illegible] diminutivum. quomodo Saturnus Saturni
Sic debet etiam facere Turnus Turni. possessivum. patronomicum quomodo debet facere
Turnus Turnides quomodo Priamus Priamides. Quare secunde declinationis est Turnus Turni. Quia in us
correpta desinencia propria secunde sunt declinationis excepto uno quod est venter.
Propter terra [illegible] quod proprium [illegible] et [illegible] Et si sit proprium masculinum
solum. hic ligus huius liguris. Si [illegible] est omnium communium hic
et hec ligus liguris. Cuius [illegible] facit vocativum.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.19, 1v – Priscianus, Partitiones duodecim versuum Aeneidos principalium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hb6t/5256/49897)